
Fragmentarium



discipuli congregati propter metum iudeorum.
uenit ihs & stetit in medio. & dixit eis. Pax uob.
¶ tum hoc dixisset. ostendit eis manus & latus.
¶ gauisi sunt ergo discipuli. uiso dño. Dixit
ergo eis iterum. Pax uob. Sicut misit me pater.
& ego mitto uos. Hoc cum dixisset. insufflauit
& dicit eis. Accipite spm scm. quorum remiseritis peccata remittuntur eis. & quorum retinueritis. detenta sunt. Thomas autem unus
de duodecim qui dicit didim. non erat cum eis.
quando uenit ihs. Dixerunt ergo ei alii discipuli. Uidimus dnm. Ille autem dixit eis. Nisi uidero in manus eius fixuram clauorum. & mittam
digitum meum in locum clauorum. & mittam manum
meam in latus eius non credam. ¶ post dies octo
rursum autem erant discipuli eius intus. & thomas
cum eis. Uenit ihs ianuis clausis. & stetit in medio
& dixit. Pax uob. Deinde dicit thome.
Infer digitum tuum huc. & uide manus meas.
& adfer manum tuam. & mitte in latus meum.
& noli esse incredulus. sed fidelis. Respondit thomas. & dixit ei. Dns mus. & dus meus.

License: cc-by-nc – München, Bayerische Staatsbibliothek, 4 Inc.s.a. 316, RS (0339) – Biblia (https://fragmentarium.ms/view/page/F-8olc/1019/14869)